



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. An absentes ab Ecclesia saltem ex justa causa possint optare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

excommunicato, sed per sententiam, & quidem id expresse continere debet sententia, ut ibi optime notat, gloss. in verbo, subtrahuntur. Non secundum: optio enim fit sine collatione, unde non recte arguitur, cum diversa sint, vulg. l. Papinianus, ff. de minor. maxime cum simus in pœnalibus & odiosis, quæ potius restringenda sunt, c. odia, de reg. jur. in 6. cum similibus. Non tertium: nam ille textus non loquitur de optione nostra, sed de optione inter duo beneficia, quæ requirit collationem.

QUÆRO TERTIO, An absentes ab ecclesia saltem ex justa causa possint optare?

31 PRIMA CONCLUSIO Probabile est, quod vis absentes optare posse: ita colligitur ex Doctoribus infra allegandis, in sequenti conclusione, dum enim quaerunt, anposito statuto, vel consuetudine, quæ dat optionem præsentibus tantum, absentes in servitio ecclesiæ vel Papæ, vel alia justa de causa, ob quam præsentibus habeantur, optare possint, aperte supponunt, quod ubi non adfit talis specialis consuetudo, vel statutum, quod soli præsentibus optent, etiam non præsentibus optare poterunt; idemque satis videtur esse de merito text. & Dd. d. c. fin. dum permittunt ac volunt, optionem etiam per alios fieri posse, tempusque ad optandum datum non currere, nisi à die scientiæ, vix enim necessitas adesse videtur per alium optandi, vixque ignorantia præsumi posse præterquam in absente. Deum id ipsum probari potest ex iis, quibus paulo post ostendemus, consuetudinem extendi posse ad casum similem, & rationabilem.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi statutum ecclesiæ disponat, vel etiam consuetudo id solum obrinuerit, quod præsentibus optent, forte quia numquam casus absentiarum evenit, vel etiam quod solum præsentibus optent, si casus eveniat, certissimum est, † absentes in servitio ecclesiæ, vel Papæ optare posse intra viginti dies à tempore scientiæ: ita Io. An. d. c. fin. verbo, immittens, versic. item scias, & ibi Gemin. in princip. num. 6.

Franc

Franc. numer. 7. idem tenere videtur Zenzel. ibi ut cum refert Gemin. sed clarius huic opinioni adhaeret. Gig. tract. de pens. q. 63. num. 16. Rot. decis. 6. nu. 2. de consuet. in antiquior. quicquid in contrarium voluerit Archi. Butr. & Io. de Lig. d. c. si. ex eo quia consuetudo sit stricti juris, atque adeo non extendenda, l. 1. C. de emancip. lib. c. si de off. Archid. cum similib. maxime, quando contra jus est, c. cum in tua, cum ibi not. de decim. Illi autem, qui priorem sententiam tuerentur, moventur duplici ratione, primo, quia † isti habentur de jure 33 pro praesentibus, ut de servitio Papae habetur, in c. cum dilectus, de servitio Episcopi, in c. de cetero, & c. ad audientiam, de servitiis demum ecclesiae, in c. ex parte, il. 2. de cleric. non resid. & c. unico, eod. tit. in 6. & in c. cum non deceat, de elect. eod. lib. Secundo, quia si dicatur, hos casus fictos esse, consuetudinem autem non extendi ad casum fictum, adhuc id non habebit locum in hac consuetudine, cum non sit contra jus secundum aliquos: ea vero procedunt in consuetudine contra jus, † per not. in c. susceptum de rescript. in 6. & d. c. cum 34 in tua, de decim. & in l. omnes populi, ff. de just. & jur. Sed admissa pro nunc sola prima ratione, quae solida est, & tangitur per Jo. An. quoniam secunda licet valere possit in sententia Gemin. Franc. & aliorum, qui ut supra cap. 2. quest. 2. concl. 1. vidimus, tenuerunt, consuetudinem optandi esse praeter, non contra jus; nobis tamen, qui contrarium post Rot. & alios ibid. ostendimus, non modo non suffragari, sed & valde adversari videtur, ideo tam pro ejus solutione, quam pro dilucidatione multarum rerum, quas supra hoc eod. tract. sparsim attigimus, aliqua hic de consuetudinis extensione adnotanda sunt. In qua materia, ut admittamus tamquam regulare consuetudinem illam, quae contra jus est, non extendi, neque de casu vero ad fictum, neque de loco ad locum, neque de persona ad personam, ut concludunt communiter Dd. in l. de quibus ff. de leg. l. quod non ratione, ff. eod. & l. 3. §. hac autem verba, ff. de negot. gest. Gemin. Franc. & Archid.

- loc. cit. & satis patet tum ex Doct. quos late refert Roch. Curt. c. fin. ext. de consuet. sect. 4. num. 1. usque ad 10. tum ex tex. d. l. quod non ratione, c. quod translationem, de off. leg. c. fin. de off. Archid. & d. l. 1. C. de emancip. lib.
- 35 cum similib. quod idem † in statuto tradunt post Imol. & alios Gemin. d. c. fin. num. 7. & ibi Add. communemque sententiam dicunt Alex. cons. 189. colum. pen. lib. 7. Cravet. cons. 205. nu. 25. Soar. in Thes. recept. sent. lit. 8.
- 36 num. 187. Id tamen † perpetuum non est, ut patet ex iis quæ fuse inter alios tradit idem Curt. d. sect. 4. nu. 12. usque ad 23. & Fel. in c. auditis. colum. 4. & seqq. de prescrip. Quod vero ad rem nostram facit, duas præcipuas restrictiones admittit ea conclusio. Quarum altera
- 37 est, ut non procedat, † quando in casu omisso à consuetudine militat eadem omnino ratio; tunc enim etiam non dicitur fieri extensio, sed ille casus includitur in ratione consuetudinis, ita voluit gloss. in c. 1. in verbo, Italia, de tempor. ordin. quam sequitur Abb. in c. at si clerici in princip. colum. antepe. de iud. & alii, quos late refert Curt. d. sect. 4. num. 23. junctum per eum prius
- 38 not. num. 12. Altera & optima est, quando duo † æquiparantur à lege; tunc enim consuetudo superveniens in uno, extenditur ad aliud, ita Abb. communem dicens, in c. de multa, super gloss. in eadem de praben. Bur. d. c. fin. colum. 34. versic. fallit 3. ext. de consuet. ibiq. Curt. d. sect. 4. num. 14. idem etiam tenet post Imol. Gemin. d. c. fin. in princip. nu. 7. de consuet. in 6. & ibi Add. post Rom. cons. 105. idemq. Franc. d. c. fin. num. 2. Et ratio est, quia tunc extensio non fit ab homine, sed à lege ipsa, ut per Curt. loc. cit. & in specie de absentibus ab ecclesia, quod statutum, vel consuetudo, loquens de
- 39 presentibus, † extendatur ad casum fictum, tradunt Abb. & alii, in d. c. cum dilectus, & c. ad audientiam, de cleric. non resid.
- 40 Ex his infertur primo, † consuetudinem inductam in una ecclesia de optando non extendi ad aliam, quavis sit illi subjecta, ut patet ex iis, quæ fuse tradit Curt. d. sect. 4. nu. 7. & 17. ubi post Abb. in c. cum olim, de consuet.

suet. & alios ostendit, id verum esse in quavis consuetudine, ut non extendatur de ecclesia ad ecclesiam.

Secundo inferitur, quod stante consuetudine † quod 41
 canonicus non possit optare nisi semel, tunc si is semel
 optavit, licet moveatur sibi lis super præbenda opta-
 ta, tamen non poterit aliam optionem facere, *ut in spe-*
cie voluit Calder. cons. 6. tit. de consuet. per totum, quem
sequitur etiam Curt. d. num. 7. quamvis possit redire † 42
 ad suam, si pendente lite inter eum, & alium, qui o-
 ptavit eandem præbendam, succumbat, quando refer-
 vavit sibi iura pristina, ita optando quatenus præben-
 da optabilis sit, nec aliter, nec alio modo, & c. *ut late*
& optime tradit Abb. consil. 347. num. 4 & seqq. volum.
 2. interim vero debet permanere in possessione sua,
ut idem ostendit, num. 1. & 2. Tertio inferitur decisio
 illius quæstionis, an stante consuetudine in ecclesia,
 quod antiquior possit optare; si prior in data sit: se-
 cundo receptus, is præferatur posteriori in data, prius
 tamen recepto, quando per illum non steterit, quin
 prius reciperetur; quamvis enim videatur, quod non,
 ex eo, quod prior in data sit fide primo receptus: Ta-
 men † contrarium pulcre decisum fuit per Rot. Rom. 43
decis. 6. num. 2. de consuet. in antiquior. tum ob alias ra-
 tiones tum maxime, quia illa secunda receptio retro-
 trahitur, ex quo primus impetrans erat primo recipi-
 endus, nec per eum steterit, quin reciperetur, & subicit,
 quod ita per tres sententias fuit pronunciatum. Rot.
 sequitur Prob. ad Jo. Monach. d. c. fin. num. 27. *vers. &*
pro intento, de consuet. in 6. & Curt. d. sect. 4. numer. 11.
 ubi assignando rationem rationis subdit, non ob stare,
 quod talis non sit vere primo receptus, quia casus fi-
 ctus æquiparatur vero in terminis prædictis, cum con-
 ditio † habeatur pro impleta, quando non stat per 44
 implere debentem, *l. jure civili, ff. de cond. & demonstr.*
& c. cum non stat. de regul. jur. in 6. c. cum similib. quod
 etiam adnotasse videtur ibid. Rot. dum ad hoc alle-
 gat *d. l. jure civili, & c. tibi qui, de rescript. in 6.* facit &
 optime ad hanc decisionem *tex. in c. eum cui, de præ-*
ben.

ben.

- ben. in 6. ubi mandat Pontifex anteferri in provisione eū, qui prior est in data, licet posterior sit in receptione illo, cui postea similis gratia facta fuit, & prius fuerat receptus. Et hæc erit singularis limitatio, si est verum ad quartam conclusionem supra positam, in quest. 1. dum ostendimus, regulariter antiquiores in receptione de jure præferri ceteris in optando. Infertur etiam
- 45 quarto ratio † prioris rationis ex illis, quibus supra hac ipsa conclusione ostendimus, absentes in servitio Papæ, vel ecclesiæ optare posse tanquam præsentibus, eo nimirum, quia casus ille fictus præsentibus à jure æquiparatur vero in juribus ibi alleg. Quinto colligitur † ob eandem rationem, idem dicendum esse de absentibus in servitio Episcopi propter tex. in d. c. de cetero, maxime autem, d. c. ad audientiam, de cleric. non resid. ubi expresse pro ratione cur ii fructus præbendarum percipere debeant, subdit Pontifex, cum absentes dicuntur non debeant, sed præsentibus qui tecum Episcopum alloquens pro tuo, & ipsius ecclesiæ servitio commorantur, ibique notant Abb. & alii ex eo tex. quod statueretur disponens in materia juris, verificatur etiam in casu ficto, quando casus fictus, & verus æquiparantur à jure & in terminis de optione ita voluit Io. An. d. c. fin. Secundo inferitur, † secus videri dicendum in iis, qui ab causa studii ex licentia Prælati vel Papæ, juxta tex. in d. c. velatum, & c. tua fraternitatis, de cleric. non resid. optare non possint, cum à jure expresse non æquiparentur præsentibus. Contrarium tamen puto verius, cum nõ requiratur, quod expresse à jure dicatur, quod pro præsentibus habeantur, sed sufficit, quod in effectu idem illis à jure concedatur, quod præsentibus, ut patet ex iis, qua tradit late Curt. d. sect. 4. nu. 14. in d. c. de
- 48 autem juribus aperte disponitur, † quod absentes causa studii de licentia Prælati vel indulgentia Papæ percipiant fructus præbendarum suarum; & hoc est de mente Jo. An. Gem. & Franc. post Anchar. d. c. fin. de
- 49 consuet. in 6. dum illud solum volunt, † eos, qui non à jure, sed ex privilegio percipiunt fructus, ac si residerent

rent, optare non possunt, & gaudere aliis juribus, & privilegiis, quæ presentibus competunt tam de jure communi, quam ex consuetudine, vel statuto, ut ait Franc. d. c. fin. in princip. num. 7. quod idem quoque sentire videtur Gig. d. q. 63. num. 16. dum ad Franc. se remittit. Inferitur denique solutio rationis Archid. & Jo. de Lig. d. c. fin. dum probare contendunt, absentes in servitiis Papæ, vel ecclesiæ optare non posse, quia consuetudo non sit extendenda, & simul etiam patet explicatio secundæ rationis per Dd. allatæ ad confirmationem nostræ sententiæ, ejusque solutio, quatenus nobis adversari videbatur, tenentibus contra eos, consuetudinem optandi non esse præter, sed contra jus. Quamquam & aliter ad illam responderi potest, quod nimirum consuetudo contra jus † tunc demum non extendatur ad casum fictum, quando ea ita contra jus est, ut vel ea ipsa à jure improberur, vel id saltem, quod per eam disponitur, directe & expresse reprobetur, non autem solum indirecte; consuetudo autem optandi † non est expresse improbata à jure, immo permessa, ac quodammodo approbata rationi, atque æquitati innititur, ut tradunt gloss. & Doct. d. cap. fin. & nos ostendimus, sup. cap. 2. quæst. 1. neque id, quod per hanc consuetudinem, & statutum inducitur, ut antiquiores eligant meliores præbendas, cum vacaverint, improbatum directe, & expresse à jure, sed solum indirecte, dum prohibet, ne beneficia sine canonica institutione obtineantur, & similia quib. d. cap. 2. q. 2. concl. 1. ostendimus, consuetudinem optandi esse non præter, sed contra jus.

QUÆRO QUARTO, ET POSTREMO, An optio possit fieri per alium, seu an alius nomine meo possit optare?

PRIMA CONCLUSIO. Potest quis † optare per procuratorem habentem speciale mandatum: ita ex hoc tex. colligunt hic Doct. communiter, inquit enim textus, possint, cum vacant, per se, vel per alios optare præbendas, & probatur, tum quia regula est, quod potest